



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De capitulis quibusdam Ambrosii & Hilarii, vbi de dubitatione & timore  
Christi agitur. C. D. E

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

veritas humanitatis in eo probaretur. Nam qui hominis naturam suscepit, quæ ipsius sunt subire debuit. Ideoque sicut in nobis duplex est affectus, mentis, scilicet & sensualitatis: ita & in eo debuit esse geminus affectus, ut mentis affectu vellet mori, & sensualitatis affectu nollet: sicut in viris sanctis fit. Petron. ipsa veritas dicit. Cum senueris, extendes manus tuas, & alius præcinget te, & ducet te quo non vis. sc. ad mortem. Quod exponens Aug. dicit quod Petrus ad illam molestiam nolens est ductus, nolens ad eam venit, sed volens eam vicit: & reliquit affectum infirmitatis, quo nemo vult mori: qui adeo est naturalis, ut eum Petro nec senectus abstulerit. Unde etiam Dñs ait. Transeat à me calix iste: sed vicit eum vis amoris. Ergo & in Christo secundum humanitatem, & in membris eius geminus est affectus: vnus rationis charitate informatus quo propter Deum quis mori vult: alter sensualitatis, carnis infirmitati propinquus, & ei coniunctus, quo mors refugitur. Ut enim August. ait. Paulus mentis ratione cupit dissolui & esse cum Christo, sensu a. carnis refugit & recusat. Hoc habet humanus affectus: quoniam diligit vitam, odit mortem. Secundum istum affectum Christi mori noluit, nec obtinuit quod secundum istum affectum petiit.

*Aucto. ita probat diuersas in Christo voluntates. C*

Ex affectu ergo humano quem de virgine traxit, volebat non mori, & calicem transire orabat. Unde Beda; Orat transire calicem, quia homo erat: dicens, Pater, transeat à me calix iste. Ecce habes voluntatem humanam expressam. Vide iam restum cor. Sed non quod ego volo, sed quod tu vis. Unde alibi. Non veni facere voluntatem meam, quam, sc. temporaliter sumpsi ex virgine: sed voluntatem eius qui milit me, quam, sc. æternus habui cum patre. Hic apertè dicit duas in Christo fuisse voluntates, secundum quas diuersa voluit. Hier.

*Ioan. ult. f  
in tom. 6.*

*traçt. 113.*

*Ioan. 21*

*Cum senue-  
ris*

*Matth. 26. d*

*Ad Phi. 1. d*

*Aug. 1. in*

*Epi. 1. o ad*

*Honoratū,*

*de gratia no-*

*ui testamēti.*

*Cap. 6. 20. 2.*

*Beda lib. 4.*

*comment.*

*ad illud. 14.*

*Mar. Pater*

*si fieri potest.*

*Ioan. 6. d*

*Mar. 14. d*

quo-

quoque super illum locum. Spiritus promptus est, caro autem infirma: dans intelligi hic duas voluntates exprimi, ita ait. Hoc contra Euticianos, qui dicunt in Christo unam tantum voluntatem. Hic autem ostendit humanam, quæ propter infirmitatem carnis recusat passionem: & diuinam, quæ prompta est perficere dispensationem. August. etiam duas in Christo asserit voluntates, dicens, Quantum distat Deus ab homine, tantum voluntas Dei à voluntate hominis. Unde hominem Christus gerens ostendit priuatam voluntatem quandam hominis, in qua & suam & nostram figurauit, qui caput nostrum est, & ad eum sicut membra pertinemus. Pater, inquit, si fieri potest, transeat à me calix iste. Hæc humana voluntas erat, proprium aliquid, & tanquam priuatum volens. Sed quia rectum vult esse hominem, & ad eum dirigi, subdit. Non quod ego volo, sed quod tu vis. Ac si diceret. Vide te in me: quæ potes aliquid proprium velle, vt Deus aliud velit. Conceditur hoc humanæ fragilitati. Idem alibi, Christus in passione duas expressit voluntates in se, secundum duas naturas. Ait n. Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. Ecce habes hominis voluntatem: quam ad diuinam continuo dirigens ait. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Ambr. ita etiam in lib. 12. de fide. Scriptum est, Pater, si fieri potest, transfer à me calicem hunc. Verba Christi sunt, sed quomodo & in qua forma dicantur aduerte. Hominis substantiam gerit, hominis assumpsit affectum. Non ergo quasi Deus, sed quasi homo loquitur. Suscepit quidem voluntatem meam. Mea est voluntas, quam suam dixit, cum ait. Non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Cum autem dixit. Omnia quæ habet pater, mea sunt, quia nihil excipitur: sine dubio quam pater habet eandem & filius habet voluntatem. Eadem est Christi voluntas quæ paterna. Vna ergo voluntas est patris & filij. Sed alia est voluntas

*Cōcione prima enarrationis, ad versum 1. hunc: Re-ctos decet. Psalm. 31. tom. 8.*

*Matt. 26. d. ad versum 15. Psal. 93. Quo ad usque iustitia Marc. 14. d. Amb. lib. 2. c. 3. ad princ. tom. 2. Ioan. 17. b. & 15. d.*

luntas hominis, alia Dei: vt scias vitā in voluntate esse hominis, passionē autem Christi in voluntate diuina, vt pateretur pro nobis. His testimoniis euidenter docetur, in Christo duas fuisse voluntates: quod quia negauit Macharius archiepiscopus in Constantinopolitana synodo, cōdemnatus est. Et ex affectu humano sensualitatis quidē, non rationis, illud voluit & petiit, quod non impetrauit. Nec ideo petiit vt impetraret, quia sciebat Deum non esse facturum illud: nec illud fieri volebat affectu rationis vel voluntate diuinitatis. Ad

*Maximus Cynicus, episcopus in Constantinopolitano, i. synode deponitur, vt habetur. c. 6. in 1. aditione.*

quid ergo petiit? Vt membris formam præberet imminente turbatione clamandi ad dominum, & subiiciendi voluntatem suam diuinæ voluntati: vt si pulsante molestia tristenter, pro eiusdem amotione orent. Sed si nequeūt vitare: dicāt quod ipse Christus. Non ergo ad insipientiam fuit, quod Christus clamans non exauditur ad salutē corporalē. Bonum quidē petiit, sc. vt non moreretur: sed melius erat vt moreretur, quod & factum est.

*De eo quod Ambr. dicit Christū dubitasse affectu humano. D*

Cæterum non parum nos mouent verba Ambrosii quibus significare videtur, Christum secundum humanum affectum de patris potentia dubitasse: sic dicens in lib. 2. de fide. De quo dubitat, de se, an de patre? De eo vtique cui dicit, Transfer, dubitat de hominis affectu. Nam Deus non de patre dubitat, nec de morte formidat. Propheta etiam non dubitat, qui nihil Deo esse impossibile asserit: Omnia quæcunque voluit fecit. Num infra homines constitues Deum? Propheta non dubitat, & filium dubitare tu credis? Vt homo ergo dubitat, vt homo locutus est. His verbis innui videtur, quod Christus non in quantum Deus est vel Dei filius, sed in quantum homo dubitauerit affectu humano. Quod ea ratione dictum accipi potest, non quia ipse dubitauerit: sed quia modū

*Cap. 3. ante medium.*

*Psalms 134:*

*Ibidem paulo superius.*

gessit

gessit dubitantis, & hominis dubitare videbatur.  
*Verba Hilarij longe diuersam exprimentia sententiam à premissa.*

*Hil li. 10. de  
 Trin. ante  
 medium.  
 Ioan. 13. d*

*Ibid. paulo  
 inferius.  
 Marc 14 d*

*Ibid. paulo  
 inferius.*

*Ibid. infe-  
 rius.*

*Luc 22. c.  
 Matt. 26 d*

Illud etiam ignorandum non est, quod Hil. asserere videtur, Christum non sibi sed suis orasse, cum dixit. *Transfer à me calicē hunc: sicut nec sibi, sed suis timuit. Nec n. voluisse, vt sibi non esset passio, sed vt à suis transiret calix passionis: ita in-quiens, Si passio honorificatura eum erat, sicut Iuda exeunte ait. Nunc honorificatus est filius hominis: quomodo tristem eum metus passionis effecerat: nisi forte tam irrationabilis fuerit, vt pati mortem timuerit, quæ patientem se glorificatura esset? Sed forte timuisse vsq; eo existimabitur, vt transferri à se calicem deprecatus sit dicens, Pater, transfer calicem hunc à me. Quomodo n. per patiendi metum transferri deprecaretur à se, quod per dispensationis studium festinaret implere? Nō n. conuenit vt pati nolit, qui pati venit: & cū pati eum velle cognosceres, religiosius fuerat hoc confiteri, quam ad id impiè stultitiæ prorumpere, vt eum assereres ne pateretur orasse, quem pati velle cognosceres. Non ergo sibi tristis, neque sibi orat transire calicē, sed discipulis: ne in eos calix passionis incumbat, quē à se transire orat, ne in his, scil. maneat. Non n. rogat ne secū sit, sed vt à se trāseat. Deinde ait. Nō sicut ego volo, sed sicut tu vis: Humanæ in se sollicitudinis significans cōsortium, sed non discernens sententiā sibi cōmunis cum patre voluntatis. Pro hominibus ergo vult transire calicem, per quem omnes discipuli erant tentandi, & ideo pro Petro rogat, ne deficiat fides eius. Sciens ergo hæc omnia post mortem suam desitura, vsq; à mortem tristis est: & scit hunc calicem non posse transire, nisi biberit, ideo ait, Pater mi, si non potest transire calix iste, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. scias in se cōsummata passionē metū calicis*

licis  
 non  
 passi  
 eius  
 ris  
 bis p  
 SI C

D  
 bi, s  
 dem  
 to, à  
 rom  
 ruit  
 sicut  
 obed  
 pter  
 men  
 post  
 passi  
 fion  
 ritu  
 mili  
 lum  
 priu  
 est n  
 hoc  
 Dei  
 pitu  
 men  
 quo  
 fion  
 sed  
 ant  
 poss

licistransiturum, qui nisi eum bibisset, transire non posset: nec finis terroris nisi consummata passione, terrori succederet: quia post mortem eius per virtutum gloriam apostolicæ infirmitatis scandalum pelleretur. Intende lector his verbis pia diligentia, ne sint tibi vasa mortis.

Luc. 22. 6  
Marc. 16. 6

SI CHRISTVS MERUIT SIBI ET NOBIS: ET

*quid sibi & quid nobis.*

D I S T I N C T. XVIII.

**D**E merito etiam Christi prætermittendum non est, de quo quidam dicere solent, quod non sibi, sed membris tantum meruerit. Meruit quidem membris redemptionem, à diabolo, à peccato, à pœna & regni resurrectionem: ut amota ignea romphea, libere pateret introitus: sed & sibi meruit impassibilitatis & immortalitatis gloriam, sicut ait Apostolus, Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem a crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen. Aperte dicit Apostolus, Christum propterea exaltatum per impassibilitatis gloriam, quia est humiliatus per passionis obedientiam. Humiliatus ergo passionis meritum fuit exaltationis: & exaltatio præmium humilitatis. Vnde Aug. exponens præmissum capitulum ait. Vt Christus resurrectione clarificaretur, prius humiliatus est passione. Humilitas claritatis est meritum: claritas, humilitatis est præmiū. Sed hoc totum factum est in forma serui. In forma Dei semper fuit & erit claritas. Item Ambr. idē capitulum tractās ait, Quid & quantum humilitatis mereatur hic ostēditur. His testimoniis euidenter fit, quod Christus per humilitatē & obedientiam passionis meruit clarificationē corporis: nec id solū, sed etiā impassibilitatem animæ. Anima enim ipsius ante mortē erat passibilis, sicut caro mortalis: sed post mortē merito humilitatis & animā impassibilis

**A** Quomodo verbi seu Christi incarnatione ordinatur ad nostram redemptionem, quantum ad usum voluntatis prout respicit exitum merendū.

Aug. tract. 104. in fine ad illud 10. 17. clarificā filium tuū.

Ambr. ad silud. 2. ad Philip. propter quod & Deus in carne

P p bilis